

1564. fide in Aug. vel Jhu:

Ex MS. Bibl. Zalu: No 396.

Responsum nomine Sig. Aug. Regis Legato Cos. Max. II.

83

Non mediocrem ex eo cepit voluptatem M. Regia D. noster demen-
tissimus, quod ex priore responso perspecta sit Mti Casarea significatio
sinceri et optimi M. Regia animi et egregia voluntatis erga M. Casarea
et universam Domum Austriacam.

Id enim M. ejus Regia non modo in hoc negotio, verum etiam in cæ-
teris rebus, et in omnibus actionibus suis imprimis spectat, ut amorem
et benevolentiam iam inde à maioribus suis, cum hac inclyta familia
susceptam, semperque Sanctissimi cultam, non modo tueatur, verum etiam
emaculis suis officiis auctiorem indies et cumulatiorem reddat.

Ac cuperet quidem M. Regia Dominationes vestras et maturius, et
cumtali responso ad M. Casaream remisissos esse, in quo ejus M. planè ac-
quiescere posset. Sed quoniam negotium ejus generis est, de quo hoc qui-
dem tempore aliter responderi posse non videtur, M. autem Regia, non
posset, nisi candidè et sincerè omnia cum M. Casarea agere, non dubi-
tat M. ejus, quin et hoc et prius responsum M. Casarea eo sit animo ac-
ceptura, in eamq; partem interpretatura, uti sunt à Maiestate Regia
profecta.

Quandoquidem in utroq; responso ea sit mens et sententia M. Regia, qua
et singularem M. ejus æquanimitatem, et planè fraternam erga M. Casare-
am fiduciam præ se ferat, cum summa benevolentia conjunctam.

Plura quæ ad id genus responsionis pertinerent, haberet quidem nunc
etiam Mtas illius Regia, quæ in medium proferre posset, si res inter præ-
sentes utroq; Maiestates eam ageretur, quemadmodum priori quoque
Regia illius Mti responso significatum est. Verum quoniam ea ejusmo-
di sunt, quæ nisi ipsi Mti illius Casarea, et quidem viva solius Mti Regia
voce, recte narrari non possunt, dabit interea Casarea illius Mtas hanc
veniam Regia illius Mti ut ab iis rebus sive scripto sive Internuncio commit-
tendis, in universum abstineat, totumq; id in tempus illud differat, dum M. illius
Regia cum Casarea Mte opportuno aliquo et loco et tempore convenit. Cujus

Nº 159. 71

quidem
~
~

quidem obtinenda rei nullam occasionem M. illius Regia pratermittet.

Quod sane dum ita Regia illius M. in aliud tempus differt, non eo facit, quasi de fide Oratorum Caesarea illius M. et eorum qui hic sunt quidquam dubitet, quos quidem jure optimo et ipsorum mentis, facile eo loco esse intelligit, ut illis omnia arcana recte credi possint: neque facit, quod fidem etiam subditorum suorum erga se in dubium vocet, quorum munifica quadam fides in Reges suos semper catitit spectata et illustris; verum quod res ejusmodi sunt, quae animo quidem M. illius Regia altius inhaerent, cum ullo tamen hominum, propinquis ipsis et consanguineis exceptis, communicanda esse non videntur.

Interim quod petit M. illius Caesarea, ut Sacra M. Regia faciat Serenissima Reginali Maiestati Conjugi sua potestatem Maiestatis Caesareae, et Serenissimorum Conjugis ac fratrum M. illius Caesareae familiariter conveniendorum, eademque opera funus et exequiarum Divi Caesaris Ferdinandi parentis sui coonestandarum, in eo quidem, quemadmodum in aliis rebus omnibus, cupit M. illius Regia, quantum in se est, Caesarea M. gratificari. Verum cum res sit ejusmodi, quae publica deliberatione indigere videatur, non habet hoc tempore Regia illius Maiestas, quid certi in hoc genere possit M. illius Caesarea respondere, praesertim cum frequenter Regni sui Senatu hic non habeat, sine cujus sententia, in hoc quidem Regno nihil publici geri potest.

Umarit Ferd
dynand l.
24
Juli 1564.

Non pratermittet tamen M. Regia pro singulari sua erga M. Caesarem observantia et gratificandi studio, quin per literas singulorum Senatorum de more sententiam perquirat, et quod eis visum fuerit, de eo M. illius Caesarea sine mora faciat certiores.

Quod reliquam est, postulat Regia illius Maiestas, ut Maiestas Caesarea, tam hoc quam superiore illo responso Maiestatis ejus Regie plane sibi satisfieri patiat, deque amore et benevolentia Maiestatis ejus Regia ita sibi persuadeat, ut nullum unquam tempus futurum sit, quod conjunctionem Maiestatum suarum, tot vinculis et tam diuturnis adstrictam, tot etiam studiis, officiis, affinitatibus, reantibus ac veteribus devinctam convellere, aut saltem aliqua ex parte labefactare posse videatur.

Wiele rzeczy miatry Wille powiechci, ale tych Yostom ani jurnom powierzai n
wyppada, zastawo wi a do osobistego hady widzenia etc. Wyjard Krotowey e
vady Senatu, cho ciar, dla widzenia familii i pogoreba Ferd 1. zapany; p
zwolony m bydz, no mora.